



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

Epistola CXI. Leonis Papae I. Ad Ravennivm Arelatensem. De solennitate  
paschali anni CCCCLII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

272 LEONIS PAPÆ I. EPISTOLÆ.

tem committenda literis non fuerunt, cum prædictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, Domini freatus auxilio efficaciter, ut diximus, ac laudabiliter exequaris. Deus te in columem custodiat, frater carissime. Data III. Nonas Maii, gloriosissimo Valentiniano Augusto VII. & Auieno viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA CXI.  
LEONIS PAPÆ I.  
AD RAVENNIVM ARELATENSEM.

De solennitate paschali anni CCCCLII.

*Dilectissimo fratri Rauennio episcopo Leo episcopus.*

**A**d præcipuum religionis nostræ pertinet sacramentum, ut in festiuitate paschali nulla sit toto orbe diuersitas. Et quia hoc diuina institutio, & paterna traditio ad nostram solitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam solenniter admonemus, ut Pascha Domini celebrandum nobis die X. Kalendarum Aprilium recognoscas; quod manifesta ratio patefecit sacræ obseruantiae hunc diem esse legitimum. Cuius notitiam per dilectionem quoque tuam, frater carissime, omnibus voluimus declarari, ut quorum in fide est vna confessio, sit etiam in hac festiuitate vna deuotio.

---

<sup>a</sup>CONCILIVM <sup>b</sup>ARAVSICANVM I.

ANNO  
CHRISTI  
441.

CONSTITUTIONES SANCTÆ SYNODI  
habitæ in territorio Arausico, in ecclesia Iustinianensi,  
sub die VI. Idus Nouembris <sup>c</sup>Cyro consule, anno Christi  
CCCCXL. Valentiniani III. Augusti decimo septimo,  
<sup>d</sup> Leonis I. papæ secundo.

TITVL CANONVM.

- |   |   |
|---|---|
| I. <i>De hereticis, si in mortis dif-</i> | III. <i>De pœnitentibus qui de corpo-</i> |
| <i>crimine conuertantur.</i>              | <i>re recedunt.</i>                       |
| II. <i>De non iteranda chrismati be-</i>  | IV. <i>Pœnitentiam clericis non ne-</i>   |
| <i>neditio.</i>                           | <i>gandam.</i>                            |

v. *Qui*